

www.e-rara.ch

**Q. Septimii Florentis Tertulliani Carthaginensis presbyteri, Opera quae
hactenus reperiri potuerunt omnia**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens
Parisiis, 1608**

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11127>

Argumentum libri primi ad uxorem, per Iacobum Pamelium.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

82. Spathæ.] *Vegetius de re milit. gladios maiores spathas vocari dicit. Est autem Græca vox & nō eodem significatur.*

83. Stola martyriorum.] *Alludit ad illud Apocal. 6. Et*

data sunt illis singula stola alba.

84. Taliter pigmentata.] *Metaphoricis pigmentata dixit, voce composita à pigmento, quod vnguenti genus esse ad vnu-standam faciem tradit Plinius lib. 16. cap. 43.*

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI AD VXOREM,
PER IACOBVM PAMELIVM.

TERTVLLIANVS iamdudum Presbyter, ad Vxorem pari inter se consensu continen-
tiæ ergo à se separatam, humanæ conditionis memor, si fortè (persecutione nempe Ecclesiæ
adhuc durante) de seculo prior euocaretur, admonitionis hoc fideicommissum (fortassis
Romæ) conscripsit, quo ut post excessum suum nuptiis renuntiet, adhortatur.

Non abnuens coniunctionem viri & feminae benedictam & permissam à Domino, II.
sed (sua quidem sententia, verum erronea) vnam tantum.

Et quantumvis nuptias prohiberi nusquam legamus (quod inter cetera peruersitatum suarum vole- III.
bat Marcion) tamen abstinentiam præferri ab Apostolo, & felicem illum, qui Pauli similis exstiterit.

Disiunctis enim matrimonio duas quidem species humanæ imbecillitatis necessarias nuptias facere, IIII.
concupiscentiam carnis, & concupiscentiam seculi; sed utramque repudiandam à seruis Dei; exemplo
earum quæ malunt Deo nubere, & in viduitate apud Deum subsignata perseuerare.

Deinde penes Christianos etiam odiosas esse causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & libe- V.
rorum amarissima voluptate; quos quum habemus, præmittere optamus ad Dominum.

Quod si difficile videatur, recensei tot voluntarios spadones, qui statim à lauacro carnem suam obse- VI.
gnant, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, Gentiles etiam Satanae suo & virginitatis,
& viduitatis sacerdotia perferre.

Nobis autem continentiam à Domino demonstratam, cuius voluntate defungitur matrimonium; VII.
maximè quum disciplina Ecclesiæ & præscriptum Apostoli digamos non sinat præsidere, & viduam
adlegi in Ordinationem, nisi vniuiram, non concedat.

Viduarum denique honoribus, quibus Deus benedicit, moueatur: nam licet in virginibus tota sit san- VIII.
ctitas, de proximo visura faciem Dei, viduam habere aliquid operosius; in illis gratiam, in istis virtutem
coronari.

Ceterum præterquàm quod multa huius libri ad verbum ferè descripserit, non minus continentia fa-
uens, B. Hieronymus locis infrà citatis; Tertulliano iam olim adscripserunt, & MS. viderunt Trithe-
mius & Politianus ubi suprà. Editus est etiam inter primos ex Paterniacensi ac Hirsaugiensi, deinde ex
Gorziensi codicibus à Rhenano, primum scholijs, postea & Adnotationibus illustratus. Nunc verò à no-
bis denuò castigatus ex tribus MS. Vaticanis, & aliquot Adnotationibus auctior.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI AD VXOREM LIBER
PRIMVS, DE VNIS NVPTIIS.

IGNVM² duxi, dilectissima mihi in Domino conserua, quid tibi sectandum sit post CAP. I.
discessum de seculo meum, si priore te fuero vocatus, iam hinc prouidere, ut prouisum
obserues mandare fidei tuæ. ³ Nam secularibus satisfagentes sumus, & utrique nostrum
consultum volumus. Si talibus ordinamus, cur non magis de diuinis atque cœlesti-
bus posteritati nostræ prospicere debeamus, & ⁴ legatum quodammodo prælegare,
admonitionem & demonstrationem eorum, quæ ex bonis immortalibus, & de hæreditate cœlorum
deputantur? Tu modò, ut solidum capere possis hoc meæ admonitionis fideicommissum, Deus fa-
ciat, ⁷ cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas nunc & in secula seculorum, Amen. Præcipio
igitur tibi, quanta continentia potes, ⁸ post excessum nostrum ⁹ renuncies nuptiis, nihil mihi isto
nomine collatura, nisi quod tibi proderis. Ceterum Christianis seculo digressis nulla restitutio nu-
ptiarum in diē resurrectionis repromittitur, ¹⁰ translatis scilicet in angelicam qualitatem & sanctitatem. *Apocal. 5. & 7. Math. 22.*